

## DE SCRIPTORIBVS ECCLESIASTICIS Fol. 106

Panægyricus de uero bono:	li.	iiij	Instituēti mibi Paule.
De libero arbitrio:	li.	j	Maxime uellē garfia epōg.
Apologus in Pogium:	li.	j	Audio pogii alteram.
In Antoniū Raudensem.	li.	j	

Et alia multa.

In latinū uertit: Homerū: Herodotū: Thucydidem: & plures alios. Claruit in cōcilio Cōstantiensi psonaliter: sub Sigismūdo imperatore: Anno domini Millesimo CCCC. XX. De quo sic quidā ait: Quid ille censor latinæ linguæ mordacissimus Laurētius ualla: dira & exacta sua rephensione sibi peperit: Quid inq̄ laudis aliud cōsecutus est post fata: q̄ q̄ de eo iuxta merita: pulchrū illud epigrāma confictum legitur & prædicat ubiq̄. Nunc postq̄ manes defunctus ualla petiuit: Non audeo Pluto uerba latina loqui. Iuppiter bunc celi digrat? parte fuisset: Censore linguæ sed timet esse suæ. Quid autē de Cōstantini donatiōe qua dotauit ecclesiā Roma, nā senferit liber eius pestifer indicat: quē utinā uir tantus nunq̄ edidisset.

**i** Obannes Tortellius: natiōe Aretinus: Laurentij uallæ amicissimus ad quē elegantiarū linguæ latinæ sex libros p̄scripsit: Romani pontificis subdiaconus & cubiculari: ac Nicolai postmodū pontificis cōtubernalis: & studio rū eius intimus comes: græcis latinisq̄ lris ad p̄fectū instructus: philosophus: rhetor ac theologus celeberrim⁹. Scripsit inter cætera ingenij sui opuscula: uolumen grande & præclarū quod prænotauit:

Cōmentariorū grāmaticæ:	li.	ij	Græcorū lras quibus.
In dialēcticā quocq̄:	li.	j	
Epistolas diuerfas edidit:	li.	j	

Et alia plura.

Athanasij Alexandrini uitā ad Eugeniū pontificē in latinū transtulit: & Appianū historicum ad uerbū interpretatus est. Et alia. Claruit sub Sigismūdo imperatore Anno domini Mil. CCCC. XX.

**b** Ermannus petra de Stutdorp: ordinis Carthusiensū: natiōe teutonicus: uir in diuinis scripturis studiosus & eruditus: uita & cōuerfatione deuotus uicarius & rector domus sanctimonialiū: ordinis sui: diuæ Annæ iuxta Brugas in Flandriā: ubi per nouē & uiginti annos multa religione & doctrina claruit. Scripsit ingenij sui quædā deuota opuscula: de quibus subiecta ferunt. Opus insignē per circulū anni in sex uoluminibus diuisum: cōtinens:

Sermones de tempore:	li.	iiij	
Sermones de sanctis:	li.	iiij	
Sup̄ orōne dñica s̄mōnes, 50.	li.	j	
De regimīne monialū.	li.	j	

Et alia complura.

Moritur sub Sigismūdo imperatore: & Martino papa quinto: Anno domini Millefimo. CCCC. XXVIII. Nono Cal. Maij. Indictione. vj.

**o** M nibonus Leonicens: uir in litteris humanitatis eruditissimus: græco & latino ad p̄fectū instruct⁹ eloquio: philosoph⁹ & rhetor omnīū suo tēporē celeberrim⁹. Emanuelis Chryfoloræ Cōstantinopolitani: q̄ græcas lras reduxit in Italiā) apud Venetias quōdam auditor. Scripsit multa præclara uolumina: quibus memoriā sui posteris reliquit. E quibus subiecta ferunt:

In oratorē Ciceronis:	li.	iiij	Quātū Ciceronis orator.
In Lucanū poetam:	li.	j	In exponēdo hoc auctore.
In Quintilianum.	li.	j	
De laudibus eloquētiæ:	li.	j	Quantū admirationis.

Orationes multæ:

Et alia complura edidit: quæ ad manus nostras nōdum uenerant. Claruit sub Si